

BERCHTOLDVS ARCHIEPISCOPVS MOGVNTINVS.



Berchtoldus ex illustri comitum Hennenbergensium familia prognatus, ob plurimas naturæ dotes Moguntinensis ecclesiæ antistes electus fuit, anno Christi 1476. Multæ huius præfusilis egregie uirtutes commemorantur, singularis prudētia & autoritas, ingenij acumen, præclara facundia, & in rebus agendis circumspectio. præterea consilij maturitas, insignis experientia, atq; laborum inuitata tolerātia. Fertur is ecclesiam Moguntinam tū temporis non mediocri ære alieno prægrauatam magna ex parte restituisse. Hinc factū ut inter principes & præfules Germanos magnum uirtutis nōmē sibi compararit. Cum hoc modo per 25 annos optimè præfuisset obiit, & Iacobum de Liebenstein eius ecclesiæ Decanum successorem habuit. Laur. Surius, in Naucle. continuatione.